



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

15. An quando intercedit justa causa,, teneatur Superior dispensare? Et etiam quæritur, quando dispensatio est debita, & quando est gratia? Et explanatur, quod in quatuor casibus dispensatio est ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

De Dispensationibus. Resol. XIV. &c.

183

lege humana, & voluntate ipsius legislatoris cuiusmodi sunt certa pena, actus irritatio, inhabilitas personæ, &c. quod probabile, quamquam hæc ipsa non obseruant propria legi secum inuoluunt impli-
ciam saltem dispensationem. Hucusque Pater Ami-
cus, cui ego addo Gordoniū in summa lib. 2. q. 1.
s. 3. n. 3. cutus verba hinc non grauabor apponere; sic
enim ait: Sanè obligatio Principis per legem pro-
priam in radice quidem sua, naturali ratione confona-
bitur: agrebat tamen euincit potest hand obligationem
elle mere naturali, & propriæ sic obligare: nam ut
commemorant q. 9. num. 31. non obtemperare legi
ciuii, cum subditus eam transgreditur, est contra re-
dam ratione naturalem; non tamen licet Inferre
hanc transgressionem esse propriæ contra legem na-
ture: lex enim humana ibi se habet, vt causa pro-
xima, & secunda; ita vt si non ponetur, non seque-
retur effectus & culpa. Ita ergo in præsentia æquiti-
tati naturali consonum est, vt Princeps sine causa non
discedat à lege sua: si tamen aliter faciat, transgres-
sio est legis humanae postiuia; plane in subdito ope-
rante contra legem sui superioris: nec iustum aliquod
inter hos discrimen profertur, quod etiam modo no-
tatu quaf. 6. n. 4. legem quidem naturalem concurre-
te cum omni oblatione, & iusta lege: sed hoc
tantum est generali quadam ratione attingere illarum
legum effectus, & medietate: manet ergo, legislato-
rem secum validè quidem dispensare sine causa; ta-
men male, q. 9. num. 49. vt cum dispensat male cum
subdito. Ita Gordonus. Et idē ego huic sententiae
libenter adhaero.

RESOL. XIV.

Quanam sint cause iusta ad dispensandum? Ex part.
8. tract. 3. Resol. 7.

§. 1. R espondeo, quod causa, quæ dispensatio-
neum licitum reddit, duplex est.

Altera intusseca, quæ fundatur in aliqua opposi-
tione ad ipsam obseruantiam legis, reddens illam
aut difficultatem & onerosam, aut moraliter impossibili-
tatem, vt dulitatis corporis reddit ieiuniū obseruantiam
graue & difficultatem; abstinentia a carnisibus die Ve-
netis, aut Sabbati in eo qui alios cibos ad comedendam
non haberet, redditus moraliter impossibilis. Vnde
iusta prioren modum lex dicitur negatiū cessare,
quoniam esti possit eius non obseruantia homini-
num exculpare, iplus tamen obseruantia non reddi-
tur iniqua, cum adhuc licet posse, ac sèpè debeat
seruit, donec accedit superioris dispensatio. Iuxta
posteriorum modum dicitur lex cessare contrarie,
quia nimis eius obseruantia redditur illicita, &
contraria fini atque intentioni legis, ad cuius obliga-
tionem tollendum non est opus superioris dispensa-
tionis, sed sufficit epiketa & interpretatio.

2. Altera causa, quæ dispensationem licitam reddit,
est extinzione, desumiturque ex variis circumstantiis,
tum persone, cum qua dispensatur, velut ex eius ne-
cessitate, utilitate, virtute, nobilitate: vnde Trid. fess. 25.
cap. 18. de reform. monit. in dispensationibus con-
cedendis peccatorum delectum habendum esse: tum Re-
publica, cultusque diuinorum, in cuius incrementum &
promotionem omnis dispensatio redendate debet.

3. Portò quævis causa ex enumeratis sufficiens est,
ad licitam & iustam reddendam dispensationem, qui-
modo & aliquando debitam. Quidam duplex di-
stinguitur in iure dispensatio: altera debita, altera
grauosa, seu gratitudo, vt constat ex e. quanto à nobis

Tom. III.

2.9.4. vbi debita; & ex e. didici 1. q. 7. &c. Apostolica,
de Clerico excōm. &c. licet, de electione in 6. vbi dis-
pensatio appellatur gratia. Cartesum dispensatio po-
test esse debita, vel ex præcepto, siad eam conce-
denda ius, aut superior præceptuis verbis vitatur, &
cū si solū utatur verbis permisiviis: vel ex iustitia,
si illa necessaria, censeatur ad publicum, bonum Rei-
publicæ, aut priuatam utilitatem spiritualem subditi
petentis: vel ex misericordia, & charitate, que in gra-
ui periculo damni spiritualis, aut temporalis obligat
superiore ad dispensandum. Gratiosa est, que esti
aliquam iustum causam habeat, non tamen superio-
rem cogit ad eam concedendam; cū nimis illa
non censeatur necessaria ad aliquod notabile dam-
num spirituale, aut temporale subditi vitandum. Et
hæc omnia docet Amicus tom. 5. disp. 6. fct. 6. n. 78.
& 79. cui ade Granado in parag. controverf. 7. tr. 3.
fct. 3. n. 23. & Salas de legibus, disp. 20. fct. 8. n. 75.

SECTIO XV.

*An quando intercedit iusta causa, tenetur Superior ad
dispensandum?*

Et etiam queritur, quando dispensatio est debita, &
quando est gratia.

Et explanatur, quod in quatuor casibus dispensatio est
debita, extra quos non erit debita, sed gratia.

Et inseritur, quod tenetur Episcopus dispensare cum
Clerico, nè residat ratione studij, & in denuncia-
tionibus matrimonij, & interstitiis, & alius simili-
bus. Ex part. 8. tr. 3. Ref. 27.

§. 1. A ffirmative respondet Sancius in fct. El. dis-
put. 43. n. 8. & alijs, quos citat Sanchez de
mar. 1.3. disp. 10. n. 2. quia potest dispensandi com-
missa est Praelatis in bonum Reipublicæ, & subdito-
rum: ergo si causa iusta adest exercendi hanc pote-
statem, videtur Praelatus teneri illam exercere; alia
contra debitum sui munera faceret. Ita Suarez de
legibus, lib. 6. c. 18. n. 20. Salas disp. 20. fct. 7. n. 70.
Sanchez de mar. lib. 3. disp. 10. n. 6. Sancius in fct. El.
disp. 43. n. 8. Sed respondeo non semper existente
iusta causa, dispensationem esse debitam, sed quando-
que esse gratiam.

2. Sed si quæras quando dispensatio est debita, &
quando gratia? Respondebit in quatuor casibus esse
debitam, extra quos non erit debita, sed gratia. Pri-
mo, quando ius disponit, ac præcipit, vt existente tali
causa concedatur dispensatio, seu debeat Praelatus dis-
pensare, tunc enim erit debita dispensatio, vt in d.
can. Dominio sancto, vbi id notant gloss. & Turre-
crem. Quando vero ius solū concedit, vt possit dis-
pensari, non est debita dispensatio, vt notant Docto-
res in d. S. de adulteris, ex ipso textu. Similiter po-
test esse debita dispensatio per præceptum ab homi-
ne, vt dispensationibus, quas concedit Pontifex, re-
mittens causas Ordinaris, vel discretio Confessario,
mandans, vt dispensent, si preces veritate nitantur,
tunc enim, impleta conditione, dispensatio est
debita.

3. Secundò, quando est necessaria ad commune
bonum, vel vitandum publicum scandalum, vel quid
simile. Ita notatur in can. cùm consituereis, disp. 50.
vbi gloss. & Turrecrem. n. 9.

4. Tertiò, quando fuerit necessaria ad spirituale
bonum postulantis, vel ad vitandum grave pericu-
lum animæ. Quia Praelatus ex officio tenetur prouide-
re in his casibus saluti subditi.

5. Quarto, si subditus grauiter ea dispensatione in-
diget ad vitandum aliquod graue damnum in perso-
na, vel alijs rebus temporalibus, & sine dispendio

potest

Tractatus Secundus.

potest illi concedi ; tunc enim Prælatus tenetur , saltem charitatem , eam dispensationem concedere .

6. Ex his inferatur , quod tenetur Episcopus dispensare cum Clerico , ne residet ratione studij ex capitulo ex eo de elect. in 6. quia ibi apponitur haec causa , ex qua potest dispensari ; sic relato Ioanne Andreae Decio , Franc. docet Sanchez , Suarez , & Salas *supra* . Item tenetur dispensare in denunciationibus matrimonij , si probatur adesse suspicionem malitiosi impedimenti . Item in interstitiis , si id utilitate Ecclesiæ viderit expedire , ob eandem rationem .

RESOL. XVI.

An saltem delegatus teneatur dispensare , si adit causa sufficiens .

Et an excusat . Regulares nolentes dispensationes votorum concedere paenitentibus virtute suorum priuilegiorum :

Et quid , si priuilegium si concessum in favorem paenitentis , ut est priuilegium Bullæ Crucis , & Iubilæi ? Ex part. 8. tract. 3. Recl. 28.

Sup. hoc pro §. 1. Respondeo , quod Sanchez in summa , tom. I. Bulla Crucis , & priuilegiis Regularium in 4. c. 5. n. 12. loquens de voto distinguendis , inter Delegatos habentes priuilegium dispensandi in sui favorem concessum , vel in favorem dispensaturi . tom. 4. tr. 3. Et de habentibus priuilegium in sui favorem , negat teneri dispensationem concedere postulantem , eo quod nemo teneatur suo priuilegio vti , & sic excusat .

Regulares nolentes dispensationem votorum concedere paenitentibus , quia ipsi non astringuntur vti suo priuilegio : si at priuilegium concessum sit in favorem paenitentis , vt est priuilegium Bullæ , & Iubilæi , affirmat teneri electum Confessarium dispensationem concedere , quia penitens petet ius ex priuilegio sibi concessum .

2. Sed aliter existimat esse in hac parte distinguendum , aut enim loqui possumus de Confessario , antequam pro dispensatione votorum , vel in impedimentoum illum eligat , vel facta electione , & ab ipso acceptata ; si post factam electionem , & acceptancem deget tibi Confessarius dispensationem pro qua obtinenda causam iustam habes , infidelis est , & iniustus ; quia iam quasi ex iustitia ratione acceptata electionis obligatus est concedere . Et hoc siue concedenda si dispensatio ex priuilegio in tui favorem concessa , vel in favorem dispensantis . Quia iam ipse priuilegiatus se ipsum obligauit vti priuilegio suo , eo quod electionem acceptaverit . Verum si loquamur antequam ipse Confessarius acceptet electionem sui ad dispensationem concedendam , nullo modo tenetur tibi dispensationem concedere , etiam si confessionem audiat , quia priuilegium concessum per Bullam , non est ad rectandum Confessarium ad dispensationem concedendam , sed est priuilegium concedens facultatem dispensandi Confessori volenti , non renuenti ; alias quilibet Sacerdos approbatius requisitus per Bullam teneretur confessionem cuiuslibet paenitentis , qui illum requirit , auscultare : quod est sine fundamento dictum .

RESOL. XVII.

An causa dispensationis debeat esse manifesta iusta , an potius sufficiat causa iusta dubia ?

Et an idem possit , quando Superior dispensat in causa tantum probabilitate ?

Et quid , quando dubium est , an causa aliqua dispensandi existat ? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 29.

§. R. Espondeo quod Ioannes Medina C. de Patinetum , quæst. de dispensatione super Confess. reuel. ad finem , & Bonacina de legibus , disput. 1. q. 2. punct. 3. n. 7. assertunt peccare dispensantem , quando causa non est mani iusta iusta , non tamen explicant , an dispensatio sit v. iusta , necne .

2. Sed contrarium sententiam , & recte , docet Merolla tom. 2. disputat. 4. cap. 6. dub. 3. diffic. 1. numer. 307. Quia in eo dubium est , facultatem superiorum extendi etiam ad causam dubiæ iustam , hoc enim videtur petere bonum , & suave Ecclesiæ regimen , esset enim multis scrupulorum occasionebus exposta potestas , si ad causas solas certò iustas extenderetur , & viri audenter superiores dispensare .

Sic docent Sylvestris verb. Dispensatio , quæst. 14. quæmer. 20. in fine . Palacios in 4. dist. 38. disp. 3. vers. Est igitur dispensatio Sanchez lib. 4. summa cap. 45. n. 10. Si vero non versaretur dubium circa causam sufficientiam : sed an causa aliqua dispensandi existet , non posset dispensare . Quia potest dispensandi necessarij exigit causam , arque adeò extendi non debet ad dubium , an sit aliqua causa , nec recta Ecclesia gubernatio petit eam potestatem , sicut petit , quando constat de causa , & de sola eius sufficiencia dubitatur ; vt bene inquit Sanchez loco citato . Sed quidquid sit de hoc , certum est , subditum esse tam in conscientia , si dubius de causa , rem totam exponat superiori , si ille dispense . Quia siuim non est iudicare , an in rei veritate causa adsit , sed superioris iudicia stare potest , ergo , &c. Et ita respondentem est ad propositam questionem , in tali casu dispensationem non solum esse validam , verum etiam superiorum nullo peccati vinculo se astringere . Et ita hanc sententiam teneri etiam Amicus tom. 5. disp. 6. sect. 6. num. 81. vbi sic ait . Quod si superior de iustitia causa dubitet , an licet dispensare posse . Negant aliqui , eo quod superior exponeret se periculo dispensandi sine iusta causa . Afflant , & quidem probabiliter alii , inter quos Sanchez in summa , tom. 1. lib. 4. cap. 45. Ratio , quoniam in dubio presumendum est , superiori concedere facultatem dispensandi inferiori , cum hoc postulet prudens , & discreta gubernatio ad tollendum superiorum scrupulos . Confirmatur , nam in casu dubio referato presumuntur superior (vi communior ferri opinio) facultatem concedere inferiori ab illo absoluendi : ergo etiam in causa dispensandi dubia . A fortiori id sequitur , si superior in sua lege dispense , eo quod in causa dubia inclinare debet in benigniorem partem subtiliter petentis . Carterum intelligendum est de dubio speculatorio , non autem practico . Nam qui in causa dubia dispensat , debet practice iudicare , licet sibi esse in tali casu dispensare : alioquin peccaret in dubiis dispensando , iuxta ea , quæ de conscientia dubia disputata sunt ; rono . Ad fundationem opposita sententia respondere idem dici posse , quando superior dispensat in causa tantum probabili , cum tamen omnes concedant , in causa probabilitate iuste licet posse superiori dispensare . Ratio est , quia dubio futura dispensationis sine iusta causa præualer certa utilitas tum spiritualis queritur superioris dispensantis , tum spirituale , vel temporale bonum dispensandi . Ita Amicus , cui ego , vt dixi prorsus adhæreo .

RESOL. XVIII.

An Superior possit dispensare in dubio , si causa sit iusta .

Et docetur pro praxi , cum dubitatur , an sine dispensatione